

De Terminatione.

Regula prima.

In A & E primæ declinationis Fœminina sunt: *ut, mensa, polenta, epitome.*

Sed Masculina sunt: *comesa, planeta, & Hadria pro mari Veneto.*

Dama & Talpa Poëtis interdum etiam Masculina sunt.

Pluralia in Æ Fœminina sunt, *ut literæ, nuptiæ.*

Regula secunda.

In A & E tertiæ Declinationis Neutra sunt: *ut, poëma, pascha, cubile.*

Neutra sunt: *Necesse & mille Substantivum.*
Item hæc pluralia: *mele, tempe, cete.*

Regula tertia.

In I & Y Neutra sunt: *ut, gummi, sinapi, moly.*
Dicitur etiam Hæc sinapis.

Regula quarta.

In O Masculina sunt: *ut, homo, pugio.*

Excipiuntur:

In DO & GO, & in IO verbalia Fœminina sunt: *ut, grando, argo, ratio, legio, regio, concio, occasio.*

Sed *ordo, cardo, ligo, margo & harpago*
Masculina sunt, *Margo rarè Fœmininum est*

Grando